



Sammelband


Chp

3 a



In hoc libro continentur.

I.	Specimen postillae postillarum Analyticarum	Chr. Barkh. -wolsa.
II.	Synopsis et delineatio metaphisica totius passionis D.	Eiusdem
III.	Analysis Logico-theologica Etyimologiae Dom.	M. Jos. Wolterri
IV.	Verborum prophetarum Iobis et Jona.	Eiusdem
V.	Synopsis verborum prophetarum, in Capite, Ani. Lutheri minorum	Schiltari
VI.	Diactylus Oral. Dominicae	Georg. Stampelij
VII.	+ Verba de Colloquio cum pontificibus in eundo	Stannij
VIII.	Relatio historica de Colloquio Lotisborum, si, habito, Ao. 1602.	Eiusdem
IX.	Disputationes duae de Jesu Christo transpuro	Mentzari
X.	Disputatio de persona Christi	p. piscatoris.
XI.	+ Verba de Corona Dni	J. Winckelma,
XII.	De Geipnis contra Verbis de Corona Domin. Disputatio.	D. Jos. Gerardi
XIII.	De Eadem Corona Odation,	Fraxini.



8
9
Disputatio Theologica prior:

DE JESU CHRISTO
ΘΕΑΝΘΡΩΠΩ, UNICO HUMANI
GENERIS REDEMPTORE.

Cujus adjuvante gratia,

De subjectis Thesis,

SUB PRÆSIDIO

BALTHASARIS MENTZERI,

SS. THEOL. D. ET PROFESSORIS OR-

dinarii in illustri Gymnasio Giesseno, publicè

rationem reddet

M. JOHANNES STUMPFIIUS ALSFEL-

DIANUS HASSUS.

In Majore auditorio Curix, VI. die Decemb.

horis pomeridianis.

CHRISTUM si bene scis, satis est, si cetera nescis:

CHRISTVM si nescis, nihil est, si cetera discis.



GIESSÆ HESSORUM

Apud Nicolaum Hampelium, Gymnasii Typographum.

Anno Christi, M. DC. V.

70

ADMODVM REVERENDIS ET CLA-
RISSIMIS VIRIS, VERITATIS DIVINAE
ἀεμίχου fortissimis.

Dn. JOHANNI WINCKELMANNO, principalis & illu-
stris Gymnafii Giesseni Rectori, SS. Theologiæ Doctore exi-
mio, ejusdemque ibidem Professore primario, Ecclesiæque
Christi (quæ eodem loci est) antistiti fidelissimo.

Dn. JEREMIAE VIETORI, SS. Theologiæ Doctore præ-
stantissimo, Ecclesiæ Christi (quæ Giessæ per verbum Ev-
angelii colligitur) pastori, & finitimarum Hassiacarum Su-
perintendenti vigilantissimo.

NEC NON

GRAVISSIMO, PRVDENTISSIMO, LONGO QVE
rerum usu præstantissimo viro,

Dn. DANIELI STAMMIO, Reipub. Giessensis Quæstori
dignissimo.

*Dnn. Fautoribus, Præceptoribus, Affinibus & studiorum suorum Pro-
motoribus reverenter & submissè colendis, hanc de unico salutis no-
stra auctore διὰ τοῦ Θεοῦ Theologicam, tum debita subjectionis & ob-
servantia, tum gratitudinis nunquam intermoritura ergò nuncupat
& inscribit*

M. JOHANNES STVMPFIUS
Alsfeldensis Hassus

Respondens.

Disputa-



Disputatio Theologica

DE IESV CHRISTO ΘΕ-
ΑΝΘΡΩΠΩ, VNICO HUMANI
GENERIS REDEMPTORE.

THESIS I.



Ert animus piam instituere συζητησιν de IESV Christo, redemptore nostro unico, in cuius vera notitia consistit vita æterna, Ioh. 17. v. 3. Cuius hanc proponimus ex diuinis literis breuem descriptionem:

2. Iesus Christus est verus ille, proprius & unigenitus æterni patris æternus filius, assumpta in temporis plenitudine, ex Maria virgine, in persona sua unitatem vera & perfectam humanitate, verus homo natus, unicus redemptor humani generis.

3. Cuius descriptionis membra duo sunt. Prius, de Christi persona: posterius, de eiusdem officio. In persona Christi primò considerandæ veniunt duæ naturæ, diuina τὸ λόγος, & humana assumpta: deinde earum vnitio hypostatica, ex qua consequitur communicatio proprietatum. Officium Christi triplex est: Propheticum, Sacerdotale, & Regium: in quo explicando duplex status Christi consideratur, prior exinanitionis, posterior exaltationis. De singulis illis ordine differemus.

4. τὸ θεοειζόμενον est, Iesus Christus: quæ est appellatio personæ θεανθρώπου, nempe filii Dei incarnati.

5. Iesus, Jeschuah à Joschah, hoc est, salvavit, Salvatorem Iesus. notat (servatorem Latinitatis studiosi dicunt. Nos cum Ecclesia & credere & loqui decet) in quo omnis nostra salus & beatitudo consistit. Matth. 1. v. 21. Act. 4. v. 12. c. 10. v. 43. cuius typum gessit Josuah filius ille Nun, qui introduxit populum

A 2 Israe-

Israëliticum in terram Chanaan, Josuæ 1. & seqq. capp. & Josuah sacerdos ille magnus. Zach. 3.

Christus.

6. *Christus* $\omega\upsilon\kappa\tau\acute{o}\varsigma$ τὸ $\chi\rho\iota\sigma\tau\acute{o}\varsigma$, hoc est, ungo, unctum sonat, sicut Hebræum *Masiáh*, quod nomen in V. T. tributum legitur Regibus & Sacerdotibus, qui oleo ungebantur, Exod. 29. v. 7. 1. Sam. 16. v. 13. & typi erant Christi ungenti non oleo externo, sed Spiritu sancto. Vide Athanasium Orat. 2. contra Arianos p. 171. Edit. Commel. Ann. 1601. ubi allegat Esa. 61. v. 1. Act. 10. v. 38. Joh. 16. v. 15. Ioh. 20. v. 22. Item Origenem super Psal. 45. & lib. 4. $\omega\epsilon\iota\ \acute{\alpha}\rho\chi\acute{\omega}\nu$. Eustathium apud Theodoretum Dial. 1. Hilarium de Trinit. lib. 11. Eusebium Emiffenum in homilia post dominicam passionis. Ambros. in c. 1. ad Hebræos.

7. Christus igitur id esse intelligitur, quod ex utroque constat: $\chi\rho\iota\sigma\tau\acute{o}\varsigma$ τὸ $\sigma\upsilon\nu\alpha\mu\phi\acute{o}\tau\epsilon\rho\nu$ νοεῖται, inquit Athanasius Orat. 5. contra Arianos p. 321. Edit. Commel. & de salutari adventu Christi p. 494. Non igitur hoc nomen Christus absque carne allegatur. p. 495. Si enim divinitatis proprium vocabulum est Christus, $\acute{\alpha}\lambda\iota\alpha$ σαρκὸς, citra carnem: nimirum applicandum est id quoque & Patri & Spiritui sancto, eritque ipsis passio communis, ut nonnulli erronei arbitrantur. Dialogo 5. de S. Trinitate. p. 215. $\chi\rho\iota\sigma\tau\acute{o}\varsigma$ ἐν $\omega\epsilon\theta\acute{\omega}\tau\acute{o}\nu$ ἐσι $\sigma\upsilon\nu\tau\epsilon\delta\acute{\epsilon}\nu$ ἐν $\Theta\epsilon\acute{\omega}$ $\acute{\alpha}\nu\theta\rho\omega\pi\acute{o}\tau\eta\tau\epsilon$, Christus est unica persona composita ex Deo & humana natura. Vide etiam Damascenum lib. 3. de Orth. fid. c. 3. Cyrillum de recta fide ad Reginas lib. 1.

8. Nec obstat, quod dicitur 1. Cor. 10. v. 9. Christus tentatus in deserto à Judæis. Quæ historia antegressa est incarnationem $\text{Ἔ} \lambda\acute{o}\gamma\omicron\upsilon$ annis 1486. Et Heb. 13. v. 8. dicitur, Jesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. Et passim in V. T. vocatur *Masiáh* sive *Messias*, quæ vox æquipollet $\Gamma\rho\alpha\epsilon\zeta$ $\chi\rho\iota\sigma\tau\acute{o}\varsigma$, h. e. unctus.

9. Nam propter $\tau\omega\iota\acute{o}\tau\eta\tau\alpha$, identitatem personæ illa omnia verissime dicuntur, sicut ipse Christus de seipso Joh. 8. vers. 58. Antequam Abraham erat, inquit, Ego sum: nempe secundum æternam Deitatem. Non enim alius est $\acute{\alpha}\lambda\acute{o}\gamma\omicron\upsilon$ ante incarnationem, alius Christus post assumptam naturam humanam: sed
unum

unum idemque *ἑνὸς ἀμείνονος*, una eademque persona, adeoque i-
dem ipse. Vocatur autem Messias in V. T. nempe promissus, &
suo tempore exhibendus: qui sic appellabatur ab unctio-
ne ty-
pica in Sacerdotibus & Regibus, & ab unctio-
ne reali promissa,
& definito tempore perficienda. Quod etiam tempus diligen-
ter fuit annotatum à Daniele Propheta c. 9. v. 24. Facta itaque
est hæc unctio Anno mundi 3970. iuxta supputationem Bu-
cholceri.

10. Quam unctio-
nem scriptura definit *donationem Sp. sancti
præter mensuram*. Psal. 45. v. 8. Joh. 3. v. 34. Act. 10. v. 38. Esa. 11. v. 2.
Daniel. 9. v. 24. Fallunt enim & falluntur, qui eam definiunt,
præter & contra scripturam, destinatione siue ordinatione Fi-
lii Dei ad officium redemptionis.

11. Ubi observanda piæ Antiquitatis constans sententia:
*Appellatio Christi complectitur utramque naturam, ungentem Deita-
tem Filii, & unctam naturam humanam assumptam*. Hactenus de
definito.

12. Primum definitionis membrum continet hoc enuncia-
tum: *Christus est verè Deus & verè homo*.

Θεὸν ὄντα
& ἄνθρωπον.

13. Quare sunt in Christo *due distinctæ nature*: diuina
& λόγος, & humana ex Maria virgine assumpta.

14. Id quod ex scripturis divinis, Symbolo Apostolico,
Niceno, Athanasiano, Ephesino & Chalcedonensi, totaque
pura Antiquitate, & Augustana Confessione clarissimè liquet.

15. Non igitur probandi sunt, qui ita scribunt: Filius solus
factus est homo, non Pater aut Spiritus Sanctus, (hactenus re-
ctissimè) atque iterum, *persona Filii, non natura diuina*, si propriè
loqui volumus. Nam persona est λόγος seu Filii propria: sed na-
tura diuina seu Deitas ipsi communis atque eadem est cum Pa-
tre atque Spiritu sancto. Hactenus illi: reale discrimen inter
personam & naturam diuinam & λόγος, ac proinde compositio-
nem introducentes, & veritati apertè contradicentes.

16. Nam in Christo *tota habitat plenitudo* τῆς θεότητος & *Diuini-
tatis* corporaliter, Col. 2. v. 9. Et est verus Deus, utique secun-

dum suam Deitatem; juxta quam etiam illi tribuitur quicquid est divinum. Et quid est in hoc mysterio decantatius, quam vocare in Christo *unionem duarum naturarum*? cujus utriusque veritas contra hæreticos subinde defensa est ab Orthodoxis, ut alia omittam.

17. Distinguant illi homines inter naturam divinam *absolute sive communiter* dictam, ut est in Patre simul, & Filio, & Sp. Sancto: quo modo non dicitur unita naturæ humanæ (sic enim tota Trinitas crederetur incarnata, quod absit) & inter Deitatem *relate sive determinate καὶ ἰδιον τῆς ὁποῦν ὑπάρξεως* in persona solius Filii consideratam: de qua verissimè affirmamus, cum universa Christi Ecclesia, esse eam humanitati personaliter unitam.

18. Quæ Filii natura divina vocatur *Sapientia genita*, Prov. 8. v. 24. 25. & *Sapientia Patris*, I. Cor. I. v. 24. & *Virtus atque Potentia Patris*, Luc. I. v. 35. I. Cor. I. v. 24.

19. Hinc Athanasius, Cyrillus & Damascenus dicunt, *Naturam divinam Verbi esse incarnatam*. Et recitat Damascenus dictum Dionysii l. 3. de Orth. fid. c. 6. ὅτι ἡ θεότης ὁλικῶς ἡμῖν ἐν μιᾷ τῆς ἐπιπένης ἐκοινώνησεν ἰπὸς ἀσέων, quod Deitas totaliter nobis in una sui ipsius personarum communicavit. Quam confessionem tanquam toti Ecclesiæ communem commendat Damascenus.

20. Quod vero Concilium Toletanum ait: *Solum* Filium suscepisse humanitatem in singularitatem personæ, non in unitate divinæ naturæ, h. e. in eo, quod propriū est Filio, non quod commune est Trinitati, id rectè explicavit Lombardus libr. 3. dist. 5. sect. 6. ex Damasceno lib. 3. de Orth. fid. c. 11. hoc modo: *Solum Filium esse incarnatum*, non Patrem aut Spiritum sanctum: & *in hypostasi Filii*, non in tribus communiter personis, *divinam naturam* humanam sibi univisse. Quò refer, quod Prov. 8. v. 30. 31. Sapientia illa æterna à Patre genita dicitur ludere in orbe terrarum, & esse ejus delicias, esse cum filiis hominum. Quæ dulcissima est descriptio Dei in carne manifestati, I. Tim. 3. v. ult. qui inter nos habitavit, Joh. I. v. 14.

Verè De⁹.“

21. *Vera* Jesu Christi *Deitas* ita demonstratur. Quicumque in Scriptu-

Scripturis i. expressè & absolutè vocatur Jehovah & Deus. 2. & “
insignitur attributis & epithetis omnib. soli vero Deo propri- “
is. 3. Et opera merè divina propria virtute efficit. 4. Existens ve- “
rus, proprius, unigenitus, æternus æterni Patris per æternam “
generationem Filius. 5. Et ejus substantialis imago. 6. Cum quo “
habet communem Spiritum Sanctum à se procedentem. 7. Est- “
que cum Patre & Spiritu Sancto essentialiter unum. 8. Unde “
& divino cultu soli Deo debito afficitur & gloria. 9. Et nulla “
esse potest salus absq; illo tanquam salutis auctore: is verè & “
propriè adeoq; naturà Deus est. Jesus Christus est eiusmodi. E. “
Jesus Christus est verè & propriè, adeoq; natura Deus. “

22. Assumptionis singula membra confirmo. 1. *Christus in
Scripturis expressè & absolutè vocatur Jehovah & Deus.* Confer Ps.
45. v. 8. & Heb. 1. v. 8. *Esa 9. v. 6. Jo. 3. v. 16. Jo. 1. v. 1. 14. *Esa. 35. v.
4. 5. c. 43. v. 11. 12. Matt. 11. v. 28. c. 15. v. 30. c. 4. v. 23. *Esa. 40. v. 3.
Matt. 3. v. 3. Luc. 3. v. 4. Joh. 1. v. 23. *Esa. 45. v. 15. 21. 22. 23. 24. Ro.
14. v. 11. Phil. 2. v. 10. *Esa. 45. v. 17. 24. 25. Osee 1. v. 7. Zach. 2. v.
5. 10. Matt. 1. v. 21. Act. 4. v. 12. *Esa. 6. v. 1. 9. 10. Jo. 12. v. 39. 40. 41.
*Num. 14. v. 1. 11. 22. 29. c. 21. v. 5. 1. Cor. 10. v. 9. *Hierem. 25. v. 6.
1. Cor. 1. v. 30. Joh. 20. v. 28. Rom. 9. v. 5. 1. Joh. 5. v. 20. & c.

2. *Christus insignitur attributis & epithetis omnibus soli vero Deo
proprius.* Est enim *æternus*, Prover. 8. v. 23. Joh. 1. v. 1. 1. Joh. 1. v. 2.
Mich. 5. v. 2. Joh. 8. v. 58. Apocal. 1. v. 17. Esa. 9. v. 6. Heb. 9. v. 14.
Vita æterna, & Sapientia æterna Patris, Johan. 14. v. 6. 1. Johan. 5. v.
20. Proverb. 8. v. 12. 1. Corin. 1. v. 30. *æternus Deus*, qui creavit o-
mnia, Esa. 40. v. 28. Joh. 1. v. 3. Hebr. 1. v. 2. Col. 1. v. 17. *Immuta-
bilis* tam in sua natura, quàm decretis, promissionibus, dictis
& factis. Heb. 1. v. 11. 12. ex Psalm. 102. v. 26. Heb. 13. v. 8. Matth.
28. v. 35. *Omnipræsens*, Joh. 1. v. 18. c. 3. v. 13. c. 14. v. 23. Matth. 18.
v. 20. capit. 28. v. 20. Apocalyp. 1. v. 13. *Omnipotens*, Matth. 11. v.
27. c. 28. v. 18. Joh. 3. v. 35. c. 16. v. 15. Phil. 3. v. 21. Apocalyp. 1. v. 8.
Johan. 5. v. 18. 19. *Omniscius & sapiens*, Johann. 2. v. 25. c. 16. v. 30.
c. 21. v. 17. c. 10. v. 15. Apocalyp. 2. v. 23. Col. 2. v. 3. *Altissimus &
supra omnia*, Luc. 1. v. 76. Psalm. 97. v. 7. Heb. 1. v. 6. Rom. 9. v. 5.

Bonus

Bonus, misericors, verax, iustus, castus. &c. teste universa Scriptura.
Vide etiam Joh. 16. v. 15. Joh. 17. v. 10. 1. Corinth. 2. v. 8. Apoc.
17. v. 14. c. 19. v. 16.

3. *Christus opera merè divina propria virtute efficit.* Joh. 5. v. 19.
quæ distinguuntur in has quatuor classes. 1. Creationem &
conservationem rerum omnium. 2. Effectiorem miraculo-
rum. 3. Prædictionem futurorum. 4. Collectionem & governa-
tionem Ecclesiæ. Quæ omnia tribuuntur Christo. De opere
creationis vide Joh. 1. Coloss. 1. Heb. 1. Genes. 1. Psal. 33. Prouer. 8.
Miracula Christi, quæ propria auctoritate & virtute fecit, mul-
ta passim describuntur apud Prophetas, Evangelistas & Apo-
stolos, ita quidem, ut Evangelica historia testetur, Christum
miracula edendi facultatem suis etiam discipulis concessisse,
ad veritatem Evangelii apud homines magis magisque confir-
mandam: qui proinde miracula edituri invocare solebant
Christi nomen, illique adscribere, quæ à se essent egregiè perpe-
trata. Matth. 10. v. 1. Act. 3. v. 6. 16. Joh. 2. v. 11. Christum *future*
predixisse ex infinita sua scientia & sapientia, probatur Matth.
24. Jo. 2. v. 18. 19. Luc. 22. v. 34. Jo. 14. v. 29. c. 2. v. ult. Apo. 2. v. 23.
Quin etiam Prophetis *vaticinia* sua dictavit Spiritus Christi, 1.
Pet. 1. v. 11. *Opera in Ecclesia* varia sunt, Electio ad salutem, redemptio,
vocatio, institutio Sacramentorum, illuminatio, regeneratio,
vivificatio, justificatio, piorum admiranda defensio, consola-
tio, precum exauditio, glorificatio: quæ omnia tribuuntur
Christo. In ipso enim sumus *Electi*, Eph. 1. Dilexit nos, Gal. 2. v.
20. Eph. 5. v. 26. *Mittit Evangelistas & Apostolos*, Matth. 10. c. 23.
v. 34. Joh. 20. v. 21. Eph. 4. v. 11. Et per eosdem nos *vocat*, Matth.
28. Marc. 16. *Instituit etiam Sacramenta*, Baptismum & Cœnam
Dominicam, Matth. 28. & 22. Marc. 16. & 14. Luc. 22. 1. Cor. 11.
Illuminat nos, Matth. 11. v. 27. Luc. 24. v. 45. *regenerat* per verbum
suum & Sacramenta, *vivificat, peccata remittit, justificat*, Joh. 3. 5.
6. 11. Act. 3. 4. 10. 15. Rom. 3. 4. 8. 1. Cor. 1. 6. & alibi passim, *de-*
fendit pios, Matth. 28. v. ult. Joh. 20. v. 27. Act. 23. v. 11. 2. Tim. 4. v.
17. *Exaudit preces*, Joh. 14. v. 13. c. 16. v. 23. 2. Cor. 12. v. 8. Act. 7. v.

59. *Glorificat*, Joh. 5. v. 21. c. 6. v. 44. cap. 10. v. 26. Philip. 3. v. 20. 21.

4. *Christus existit verus, proprius, unigenitus, æternus æterni Patris per æternam generationem Filius.* Filii nomen passim extat, sicut & Patris. Vocatur autem Christus *Filius Dei proprius*, Rom. 8. v. 3. 2. & *unigenitus*, Joh. 1. v. 18. c. 3. v. 16. 18. Rom. 1. v. 3. 4. I. Joh. 4. v. 9. *Æternus* esse concluditur ex Psal. 2. v. 7. *Filius meus es tu, ego hodiè genui te.* Heb. 1. v. 5. *Quod hodiè* notat æternum *vūv*, ipsamque immutabilem æternitatem. Nec obstat locus Act. 13. v. 33. vbi dictum illud ratione declarationis accommodatur ad resurrectionem Christi. Nam teste Apostolo Rom. 1. v. 4. *ex resurrectione* (ut & miraculis) *declaratus est Christus Filius Dei.* Propria enim virtute resurgere nulla valet creatura, sed solus Deus. Mich. 5. vers. 2. vocatur *Pater æternitatis*, cuius æternitatis argumenta desumuntur ex Proverb. 8. v. 23. Joh. 1. v. 1. c. 8. v. 58. Heb. 9. v. 14. I. Joh. 1. v. 1. Apocal. 1. v. 8. 17. c. 2. v. 6. c. 22. v. 13. Heb. 13. v. 8. *Jesus Christus heri & hodie, ipse & in secula.* Quæ est descriptio æternitatis, ex omnium temporum perfectione. Referri etiam huc debent dicta, quibus Christus dicitur *primogenitus ante omnes creaturas*, Col. 1. v. 15. Heb. 1. v. 6. Quæ vox non est ordinis, quasi plures sint geniti, ex quibus ipse sit primus, (sic enim non esset unigenitus) sed desumpta est appellatio ex descriptione legali dignitatis primogenituræ, Gen. 49. v. 3. Item quod Christus dicitur *vita æterna*, 1. Joh. 5. v. 20. Porro si Filius est æternus, patet jam æterni Patris esse Filium. Non autem Filius est adoptivus, vel nuncupativus, vel ex honoris tantum, dignitatis & potentia communicatione, vel inhabitatione Dei: sed *Filius* est & dicitur *per generationem*, quæ in Deo æterno non potest non esse æterna. Argumenta itaque huc referuntur ea, quæ mentionem faciunt generationis, ut Psal. 2. v. 7. Proverb. 8. v. 24. 25. & egressus ab æterno, Mich. 5. v. 2. & quæ appellant Filium unigenitum & primogenitum. Nec obstant dicta, quæ loquuntur de generatione spirituali, quia per Verbum & Sacramenta generantur filii Dei: & quibus dicitur Israel primogenitus Dei, &c. Manifestum enim est discrimen in ipsa Scri-

B

ptura

ptura expressum, inter æternam generationem Filii Dei ex Patre, & inter generationem spiritualem Filiorum Dei per gratiam. Illa quàm maximè propriè dicitur, quod in ipsa συζητήσει, Deo iuvante, evidentissimis argumentis demonstrabimus: hæc modificatè & per quandam similitudinem.

5. *Christus est Patris substantialis imago*: Col. 1. v. 15. Heb. 1. v. 3. unde qui Christum videt, nempe Filium, videt & Patrem. Joh. 14. v. 9. 2. Cor. 4. v. 4. & quæ Pater operatur, ὁμοίως similiter & Filius operatur, Joh. 5. v. 19. Vide etiam Sap. 7. v. 25, 26. Athanasium Orat. 2. cont. Arianos, Hilarium l. 2. de Trinit. Quæ imago, ut Scholastici loquuntur, dicit relationem producti ad producentem, & fundatur in divina essentia, non absolutè, sed quatenus eam Filius per æternam generationem à Patre accipit. Hoc est, imago spectatur in communicatione essentiæ sive naturæ divinæ, per æternam generationem. Unde fit, ut quæcunque ἰσως prædicantur de Patre, eadem de Filio etiam prædicari possint: ita tamen, ut semper intelligatur Filius per æternam generationem ea à Patre accepisse.

6. *Christus habet cum Patre communem Spiritum sanctum à se procedentem*, Joh. 15. v. 26. Unde dicitur Spiritus ex Deo, h. e. ex Dei substantia, 1. Cor. 2. & Spiritus, quem dat Pater, Joh. 14. v. 16. quem mittit Filius à Patre, Joh. 15. v. 26. *Spiritus Filii*, Gal. 4. v. 6. *Spiritus Christi*, Rom. 8. v. 10. qui accipit sua à Christo. Joh. 16. v. 14. Spiritus Elohim, Ge. 1. v. 2. Sp. Christi, & labiorum ejus, & oris ejus, Esa. 11. v. 4. 2. Thes. 2. v. 8. *quo ungit & obsignat fideles*, Joh. 15. v. 26. c. 16. v. 7. c. 20. v. 22. Vide Augustinum tract. 99. in Johan. Rectè Lombardus lib. 1. dist. 29. f. d. Spiritus sanctus, inquit, non aliter procedit à Patre, quàm à filio. Hinc sane intelligi potest, Patrem & Filium eadem relatione vel notione principium dici Sp. sancti.

7. *Christus est cum Patre & Spiritu Sancto essentialiter unum, nempe secundum Deitatem*, Joh. 10. v. 30. Ego, inquit Christus, & Pater unum sumus. Quod non tantùm de concordia & consensu, sed etiam de essentia intelligendum est, 1. Joh. 5. v. 7. quia una est

est tribus illis personis ex æquo communis divina essentia: unde eadem illis attributa, & operationes, & effecta *ἰσῶδῃ* tribuuntur, quod ex Scripturis est evidens.

8. *Christus divino cultu soli Deo debito afficitur & gloria. Christum enim timere jubemur*, 1. Cor. 10. v. 9. 22. & *in eum credere*, Joh. 14. v. 1. & *sperare*, 1. Timoth. 1. v. 1. Rom. 15. v. 12. *eumque adorare*, Psal. 2. v. 12. Rom. 14. v. 11. Heb. 1. v. 6. Phil. 2. v. 9. Apoc. 5. v. 13. *in nomen ejus baptizamur*, Mat. 28. v. 29. Act. 10. v. 48. c. 19. v. 4. *per ipsum iuramus*, Rom. 9. v. 1. *eique gratias in omnibus agere debemus*, 1. Timoth. 1. vers. 12. Apocalyp. 5. vers. 13. Roman. 9. v. 5.

9. *Christus est ille ipse, sine quo tanquam salutis auctore nulla potest esse salus*. Act. 4. v. 12. c. 10. v. 45. c. 15. v. 14. Esa. 45. v. 22. & *passim alibi*.

23. *Conclusio igitur invicta stat & solida: Jesus Christus est verè & propriè adeoque natura Deus*. Damnamus igitur omnes & singulos, quacunque ratione veram Christi Deitatem negantes & impugnantes.

24. *Idem est verè homo*. Quam naturæ humanæ veritatem *Verè homo*. sic demonstro. Cuicunq; verè & propriè tribuitur, 1. nomen si-
ve appellatio hominis. 2. & definitio. 3. & essentialia partes, a-
nima rationalis & corpus. 4. & propria *ἰσῶδῃ*. 5. & operationes. 6. & effecta: is est verè homo. Atqui Jesu Christo illa omnia ve-
rè & propriè tribuuntur in Scripturis. Ergo Christus est verè
homo.

25. *Assumptionis membra ordine confirmo*. 1. *Jesus Christus disertè, verè & propriè appellatur homo*. Luc. 23. v. 47. 1. Tim. 2. v. 5. *Caro*, Jo. 1. v. 14. *Filius hominis*, Dan. 7. v. 13. Mat. 8. v. 20. c. 16. v. 13. Act. 7. v. 56. Heb. 2. v. 6. ex Ps. 8. v. 5. Apoc. 1. v. 13. *Semen mulieris*, Gen. 3. v. 15. *Semen Abraha*, Heb. 2. v. 16. *Filius Abraha*, Mat. 1. v. 1. *Filius & fructus ventris Davidis*, 2. Sam. 7. v. 12. Ps. 89. v. 36. 37. Ps. 132. v. 11. Mat. 1. v. 1. Luc. 20. v. 41. Act. 13. v. 23. Ro. 1. v. 9. 2. Tim. 2. v. 8. *Leo de tribu Juda, radix David*, Apoc. 5. v. 5. *Radix & genus David*, Apoc. 22. v. 16. *Ex patribus secundum carnem*, Ro. 9. v. 5. *Filius virginis Mariae, & ex ea genitus*, Esa. 7. v. 14. Matth. 1. v. 16. 20. 21.

23.25.c.2.v.11.20.21.c.12.v.46. Lu.1.v.31.c.2.v.48.c.8.v.20. Joh.
2.v.3.c.19.v.25. Act.1.v.14. Gal.4.v.4.

2. *Definitio hominis ei convenit.* Est enim animal rationale, constans vero humano corpore & anima rationali, h.e. intelligente & volente, ut jam latius probabitur in membro tertio.

3. *Tribuuntur illi essentialia hominis partes, anima rationalis & corpus.* De vivente & vegetante atque sentiente anima abunde testatur tota Christi historia, *Rationalem vero animam* (contra Apollinaristas) demonstrant dicta illa clarissima, Matth. 20.v. 28.c.26.v.38.c.27.v.50. Luc. 23.v.46. Joh. 10.v.15.17. 18.c.12.v. 27. Act. 2.v.27.1. Joh. 3.v.16. Hinc Christo tribuitur *scientia, intelligentia, sapientia, voluntas, electio, &c.* Esa. 7.v.15.c.9.v.6.c.11.v.2. Luc. 2.v.ult. Joh. 13.v.18.c.5.v.21. Unde etiam alios docet, revelans mysterium Evangelii, Joh. 1. ver. 18. Matth. 5. 6.7. &c. De *corpore humano* passim extant testimonia, Matth. 26.v.26.c. 27.v.58. Marc. 14.v.8.22.c.15.v.43. Luc. 22.v.19.c.23.v.52.c. 24.v.3.23. Joh. 2.v.22.c.19.v.38.c.20.v.12.1. Cor. II. v.24. Col. 1.v.22.1. Pet. 2.v.24. De *carne* testatur ipse Christus, Luc. 24.v.39. Joh. 6.v.51. Rom. 1.v.3.c.9.v.5. Coloss. 1.v.22. 1. Petr. 4.v.1. De *ossibus* Luc. 24.v.39. Joh. 19.v.33.36. Eph. 5.v.30. De *Sanguine* Matth. 26.v.28. Joh. 6.v.54.c.19.v.34. Act. 20.v.28. Roman. 3.v. 25.c.5.v.9. 1. Jo. 1.v.7. Heb. 2.v.14.c.9.v.12.14. c.10.v.19.30. &c. Sic mentio fit *manuum Christi, pedum, oculorum, oris, lingua, &c.* Vide Apocal. 1.v.14.15.16.

4. *Christo tribuuntur πᾶσα hominis, tum quae toti homini, h.e. composito, conveniunt, tum quae singulis partibus, h.e. animae & corpori distincte: cōtra ἀφ' αἰδ' οὐκ ἔδονται.* Hinc dicitur profecisse sapientia & ætate, Luc. 2.v.ultim. *grandior* fuit in ætate virili, quàm puerili. Contristatus est & lachrymatus, & turbatus anima, Matth. 26.v.28. Luc. 19.v.41. Affectus ipsius varii (sine peccato) passim describuntur, sitivit, esurivit, defatigatus est, ambulavit de loco in locum. Summa: *Quaecunque de vera anima humana, & de vero corpore humano, & de toto homine per se & essentialiter prædicantur, dici de Christo verè possunt & debent.* Dico per se, & essentialiter,

liter, ut removeam infirmitates, quas spontè quidem Christus ad tempus assumpsit, ut pati & mori posset, nunc autem deposuit in statu gloriæ. Item ut excipiam peccatum, quod in Christo nullum fuit, Esa. 43. v. 9. 1. Pet. 2. v. 22. Heb. 7. v. 26. Est igitur Christus ὁμοῖος nobis secundum carnem: & hinc discipulos suos vocat fratres, Jo. 20. v. 17. Heb. 2. v. 12. ex Psal. 22. v. 23. &c. Quare habet Christus proprietates humanæ naturæ essentialis, easque retinet in æternum, accidentales (excepto semper peccato) habuit in statu exinanitionis, quas deposuit in statu gloriæ, factus Dominus super omnia in cælo & in terra.

5. & 6. Christo tribuuntur operationes humana & effecta; tum in anima, tum in corpore, tum in toto composito. Nam in statu exinanitionis intelligit, vult, eligit, loquitur, docet, edit, bibit, abit, adit, fatigatur, quiescit, patitur, moritur. In statu gloriæ actu intelligit, actu vult, loquitur, conversatur in cælis beatis angelis & hominibus, intercedit pro nobis advocatus apud Patrem, 1. Joh. 2. v. 1. rediturus visibiliter ad Judicium &c.

26. Firma igitur stat conclusio: *Jesus Christus est verè homo.* Quare damnamus & execramur toto pectore omnes omnium temporum hæreticos, δοκίμους Marcionitas, Manichæos, Valentinianos, Eutychianos, Monophysitas, Monotheletas, Stéckfeldianos, Anabaptistas, adeoque universos, qui quovis modo, sive directè sive obliquè naturæ humanæ veritatem in Christo negant & oppugnant.

27. Commendamus illa veterum dicta Augustini: *Pro illo non esse Christum mortuum, qui Christum verum hominem negat, quia est mortuus secundum hominem.* Leonis: *Non posse quenquam eo capite gloriari, in quo asserat naturam suam non haberi.*

Nemo suum verè fratrem quit dicere Christum,

Hunc ipsum verè qui negat esse hominem.

28. Christus igitur verè Deus & verè homo est Θεὸς ὁμοῖος, unus ille Mediator inter Deum & homines. 1. Co. 8. v. 6. 1. Tim. 2. v. 5. 2. Cor. 5. v. 15. c. 11. v. 2. Rom. 5. v. 17. Matth. 23. v. 8.

29. *Unus*, inquam, non essentia sive natura (sicut Deus est

unus essentia, trinus personis) est enim & Deus & homo, sed unus personâ, vel unum hypostamenon. Unde dicta est *unitas personæ*: in qua cum naturæ duæ sint, (ut ostendimus) dicitur *naturarum unio sive unio*, ἐνωσις, i. e. concursus in unam personam. Et quia Christus persona una est, non duæ, & naturæ in Christo duæ sunt, non tantum una: hinc *unio* dicitur *duarum naturarum personalis*, h. e. facta in persona Ἐ λόγῳ, in qua utraque illa natura subsistit. Damasc. vocat ἐνωσιν καὶ ὑπόστασιν, quia in ipsam Ἐ λόγῳ personam natura humana assumpta est, & in ea suam habet subsistentiam, ita ut *una eademque hypostasis illa sit Ἐ natura divina Ἐ λόγῳ, Ἐ humana*. Lib. 3. de orth. fid. c. 7.

30. Unionem hanc personalem pii veteres vocant ἐνσάρκωσιν, incarnationem, ex Joh. 1. v. 14. 1. Tim. 3. v. ult. Heb. 2. v. 14. & ἐνανθρώπησιν, q. d. inhumanationem. Hinc Christus θεῶν ἀνθρώπου, ἀνθρώπου θεοῦ, Deus-homo, Homo-Deus. Item ἐνσωμάτωσιν, ex Colof. 2. v. 9. h. e. incorporationem. Apud Athan. variæ extant appellationes, οἰκονομία, σωματική, ἐπιφάνεια, ἐν σαρκὶ φανέρωσις, ἐν σώματι παρουσία, μετενσωμάτωσις, ἐνωσις λόγου πρὸς σῆμα, πρὸς πληψίς σαρκὸς, συγκατάθεσις, &c.

31. De variis modis unionis non opus est, ut hic fusè disseramus. Vide de illis Dn. Chemnitium in lib. de duab. naturis in Christo c. 7. & Damascenum lib. 3. de Orth. fid. c. 11.

32. Illud potius noto, quando Cyrillus & alii unionem in Christo vocant ἑνώσει καὶ κατὰ φύσιν, essentialem & naturalem: « distinguere ea appellatione hanc unionem ab accidentali, & no-
« tari ipsas naturas unitas, quòd nimirum ipsæ substantiæ seu na-
« turæ verè copulentur, non tantum secundum effectum parti-
« cipationis.

33. Vocamus nos *unionem personalem*, à termino ad quem: quia in persona fit unio duarum naturarum, & in personam Ἐ λόγῳ assumitur humanitas, & in ea subsistit.

34. Hanc definit Athanasius in Symbolo: πρὸς πληψίς ἀνθρώπου-
τητι εἰς θεότητα, assumptionem humanitatis in Deitatem, nempe Ἐ λόγῳ, vel in ipsum τὸν λόγον, vel in personam Ἐ λόγῳ. Nobis ita
» placet describere: *Unio hypostatica est vera Ἐ perfecta humanita-
tis ex*

tis ex substantia Mariæ virginis matris in ipsam personam Filii Dei^{ce} assumptio, ut sit una persona composita θεάνθρωπος, absque naturarum^{ce} confusione.

35. *Natura illa assumpta non consideratur sola cogitatione, ut κατ' ὄλν, neque in specie, sed in individuo. Damasc. lib. 3. c. 11. nempe hæc massa nature humane, ex substantia Mariæ virginis suscepta. Quæ tamen non est persona per se subsistens ἀυθυπόστατος, vel existens extra τὸν λόγον ante susceptionem, sed ἐνοπόστατος, ὑποσάσα ἐν αὐτῇ ὑποσάσει τὸν λόγον. Damasc. l. 3. c. 9. Quare neque insubsistens est, neque Trinitati superaddit personam. Et ἅμα σὰρξ ἅμα θεὸς λόγος σὰρξ, simul caro simul Filii Dei caro: quam Filius Dei assumendo creavit, & creando assumpsit. Vide Damasc. lib. 3. c. 2. 3. 4. 11. 27.*

36. *Confitemur igitur, inquit Damascenus libr. 3. capit. 3. unitas ad invicem naturas ἐν τῇ μιᾷ συνδέτω ὑποσάσει, in una composita persona. Nam ipsum Dei Verbum carni suppositum hypostasisque est. c. 2. Et ipsa hypostasis Dei Verbi facta est carnis hypostasis. c. 11. Una Verbi hypostasis & Verbi, & animæ & corporis est hypostasis. c. 27. Caro est affecuta ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ τὸ εἶναι (ὑποστατικόν) suum esse, (h. e. subsistere) in ipso Dei Verbo. c. 2. »*

37. *Atque hæc forma est sive specifica differentia unionis hypostaticæ, per quam est id quod est, & ab aliis omnibus unionibus distinguitur: nempe assumi in personam τὸν λόγον, sive in unitatem personæ, sive uniri in uno & eodem ὑφιστάμενω, vel in una persona, vel uniri ad constitutionem unius personæ compositæ. Damascenus appellat τὴν φύσιν εἰς ἄλληλα περιχώρησιν. libr. 3. c. 4. Quæ in Christo est personalis, propter personæ unitatem; sicut in Trinitate est περιχώρησις essentialis, propter essentiæ sive nature divinæ simplicissimam unitatem.*

38. *Subsistit igitur natura humana assumpta in ipsa persona Filii Dei, quæ est terminus hypostaticæ unionis. Atque hic actus personalis, soli nature humane Christi proprius, perquam diligenter & accuratè est distinguendus ab actu naturali, omnibus hominibus communi.*

39. Nam

39. Nam quicquid est in humanitate Christi naturale, illud habet cum omnibus hominibus commune. Atqui subsistere illud in ipsa persona Filii Dei soli huic assumptæ naturæ humanæ est proprium, neque potest de ulla alia creatura prædicari. Quare subsistere illud assumptæ humanitatis in ipsa persona Filii Dei non est actus illius naturalis, sed hypostaticus sive personalis.

40. Atque hoc est illud ὁμολογούμενος magna pietatis mysterium, quod Deus est in carne manifestatus, 1. Tim. 3. v. ult. quod tota Divinitatis plenitudo habitat in Christo corporaliter. Col. 2. v. 9. quod finita ἰσία humana natura subsistit in infinita persona Filii Dei.

41. Unde patet, qui duplicem in natura Christi humana actum negant, ipsam negare unionem hypostaticam, quicquid prætexant. Nam subsistere in ipsa Filii Dei persona nemo sanus unquam dixit aut sensit, esse actum naturæ humanæ naturalem.

42. Et tamen actus ille personalis naturæ assumptæ non evincit, naturam humanam esse personam: sed tantum hoc arguit, naturam hanc humanam esse personaliter unitam τῷ λόγῳ. Sicut etiam unio dicitur personalis: quia facta est in persona. Et sic de natura humana multa dicuntur personaliter, hoc est, pro ratione & modo unionis personalis: quia ipsa suum Esse personale habet in persona τῷ λόγῳ, ut ex Athanasio & aliis veteribus Ecclesiæ Doctoribus ostendit Damascenus lib. 3. c. 6.

43. Est igitur hæc mutua naturarum in una persona Christi
» ὁμοχώρησις ὑποστατικῆ, ut neque assumpta humanitas extra τὸν λόγον, neque
» ὁ λόγος extra hanc carnem (post factam incarnationem) subsistat,
» propter personæ indissolubilem unitatem. Quemadmodum in
» SS. Trinitate Pater non est extra Filium, neque Filius extra Pa-
» trem, propter ὑσιώδη ὁμοχώρησιν personarum in unitate divinæ es-
» sentiæ.

44. Atque hoc est quod dicunt veteres, unionem factam esse ἀδιαιρέτως, ἀχωείως, ἀσφατάως, ἢ ἀσφαπύως, contra Nestorium, sicut etiam facta est ἀτρέπτως ἢ ἀσυγχύτως, ἢ ἀναλλοιότως, contra Eutychen.

45. Qui-

45. Quicumque igitur dicunt, post factam incarnationem τὸν λόγον esse vel subsistere *extra* suam carnem, quocunq; colore pingant, solvunt, quantum in ipsis est, unionem hypostaticam, quippe cujus definitionem tollunt. Si enim unio hypostatica est *inhabitatio* totius plenitudinis Divinitatis ἢ λόγος in assumpta carne, sicut tota pia Antiquitas dictum Col. 2. v. 9. interpretatur: consequens est, solvi unionem personalem, quam primum statuitur ὁ λόγος *extra* suam carnem.

46. Ubi nihil efficiunt, qui distinguere volunt inter immensitatem divinæ naturæ, & personam Filii Dei. Nam 1. reale discrimen non est inter personam ἢ λόγος, & naturam divinam ἢ λόγος. 2. Nō sola persona Filii est unita naturæ humanæ, διχα τῆς θεότητος, citra Deitatem suam, sed est *unio duarum naturarum*, ut ostendimus. 3. Naturam divinam ἢ λόγος immensam esse fatemur, sed quis patienter audiat, negari personam ἢ λόγος esse infinitam ut immensam?

47. Desinant igitur illi γεωμετρεῖντες (ut loquar cum Athanasio) personam Christi asserere, personam ἢ λόγος esse *extra* ὁσίαν naturæ suæ humanæ, *cujus facta est hypostasis*.

48. Num etiam θεῖον ὄντος dici potest ὁ λόγος *extra* carnem subsistens? Idemque Christus simul & semel erit persona simplex *extra* carnem, & persona composita in carne? Et quomodo illi simplici personæ divinæ *extra* carnem subsistenti tribuetur passio & mors, quam de Christo Scriptura prædicat? Alia gravissima eaque plurima absurda ipsa monstrabit familiaris collocutio.

49. Cumq; Athanasius Orat. 2. contra Arianos p. 170. Edit. Comel. & Orat. 4. p. 275. & Cyrill. disertè & expressè asserant, τὸν λόγον *non esse extra* suam carnem, nullum in hunc usq; diem produci ex ullo veterum Ecclesiæ Doctorum libro dictum potuit ab adversariis Calvinistis & Jesuitis, quod affirmaret, τὸν λόγον esse *extra* suam carnem. Quod adeò verum est, ut qui indices fecerunt in Athanasium Græcum, falsò quosdam locos assignarint, qui inspecti apertè testantur fraudem istorum

C

homi-

hominum. Et quæ ex Hieronymo, Augustino & Gregorio Nys-
seno adversarii proferunt, hoc tantum dicunt, τὸν λόγον non fu-
isse in corpore *circumclusum*, & cum in corpore esset, tamen sub-
stitisse extra omnia, quod etiam nos dicimus. Non enim ὁ λόγος
factus est *finitus* propter personalem inhabitationem in *finita*
carne: sicut neq; caro facta est *infinita* propter assumptionem in
λόγον infinitum. Ergo extra omnes creaturas subsistens ὁ λόγος in
carne sua habitat personaliter, ac proinde ἀδραστως καὶ ἀδραπάτως,
à qua non divellitur.

50. Atque hinc refutandus est Nestorius, ut ostendit Da-
mascenus lib. 3. c. 3.

51. Sicut Eutyches ex illa particula refellitur in definitione
posita, *absque naturarum confusione*. Damasc. l. 3. c. 5. Una natura
non fit altera: sed utraq; servat sui ipsius naturalem incommu-
tata proprietatem, ἰδιότητα ἀμετάβλητον.

52. Quæ *indivisa & inconfusa unio* facit, ut in Christo non di-
catur ἄλλος καὶ ἄλλος, alia atq; alia persona. Est enim hypostase
non unicum, sed tamen ἄλλο καὶ ἄλλο, alia atq; alia natura. Damasc.
lib. 3. c. 7.

53. Hactenus de definitione unionis hypostaticæ. Quæ et si
facta est in solius Filii Dei persona: tamen *incarnatio dicitur operis*
totius Trinitatis. Pater enim dat Filium suum, Joh. 3. v. 16. & mit-
tit eum, Gal. 4. v. 4. quam missionem à Patre Christus passim al-
legat, Jo. 5. v. 24. 30. 36. 38. c. 6. v. 38. 40. 44. 57. c. 7. v. 28. c. 8. v. 16.
18. & c. Et Spiritu Sancto ungitur Christus non ad mensuram,
Joh. 3. v. 34. Act. 10. v. 38. Heb. 1. v. 9. ex Psalm. 45. v. 8. Sic incar-
nationem operata est tota Trinitas, Luc. 1. v. 35. *Solus autem Fi-
lius est incarnatus*. Joh. 1. v. 14.

54. Quod ideo notandum est, ut consideremus causas, cur
Scriptura in describendis infinitis & divinis donis, Christo in
tempore datis, referat illa ad Deum *Patrem*? Ubi nonnulli sibi
valde placent, urgendo relationem inter Patrem dantem & Fi-
lium accipientem, ut negent illa Christo data secundum humanita-
tem, quod ipso forū argumentum quod sit ἀδραλόγον, facile apparebit.

55. Nam

55. Nam *primò* ut Deus Pater est fons Trinitatis, ita etiam fons est nostræ redemptionis & salutis. Joh. 3. v. 16. *Deinde* solet Scriptura multis locis Patris nomine denotare totam Trinitatem. Et propter *ὁμοσίαν* idem opus jam Patri, jam Filio, jam Spiritui sancto tribuitur, ut multa exempla ostendunt; sicut certum est, decretum de mittendo Filio in carnem esse totius Trinitatis. Et dulcis est analogia Veterum. Sicut Deus Pater per æternam generationem omnia dedit Filio, Joh. 16. v. 15. ita eidem Filio incarnato propter unionem hypostaticam λόγος & carnis omnia in manus dare dicitur. *Deniq;* ut ipsa missio Filii, & officii ejus confirmatio, divina voce cœlitus facta, & miracula Deo Patri assignari solent, totaq; obedientia Christi præstita dicitur *Patri*: ita ad Deum *Patrem* etiam referuntur, tanquam ad fontem, ista dona, gloria, honor, potentia & Majestas Jesu Christi, qua tanquam homo per & propter hypostaticam unionem ditatus & exornatus est.

56. Quæ etiam est unanimes & perpetua sententia piæ Antiquitatis, cuius est hæc regula: *Quod est à Patre, hoc omninò opus est Filii: & quod dicitur transire per Filium, hoc est omninò opus egregium Patris.* Omnia enim per utrumq; æqualiter. Cyrillus tom. 2. Dialogor. de Trinitate lib. 6. f. 130. edit. Basil. Anno 28. Vide etiam f. 127. & Thesaur. lib. 4. extremo. Athanasius Or. 2. contra Arianos p. 170. 171. edit. Commel. Gregorius Nazianzen. lib. 4. de Theologia, circa medium. Leo Papa: *Quæ Filius in forma servi à Patre accepit, eadem in forma Dei etiam ipse donavit.* Confer etiam Rom. 8. v. 32. Gal. 2. v. 20. Joha. 10. v. 18. c. 6. v. 51. Phil. 2. v. 9. Act. 2. v. 33. Psalm. 110. v. 1. Marc. 16. vers. 19. Heb. 1. v. 3.

57. Est igitur *relatio* inter *dantem* Deum Patrem, & *accipientem* Filium, nempe *incarnatum*, seu quæ homo est, sive secundum carnem. Vide Athanasium de natura humana suscepta, p. 465. edit. Commel. & p. 471. in Ora. 2. contra Arian. p. 172.

58. Illud etiam annoto. Etsi unio duarum naturarum hypostatica dici solet reciproca: tamẽ principium unionis activum, „

C 2

ut ita

„ ut ita loquar, & simul etiam terminus ad quem, est ὁ λόγος, qui
„ assumit naturam humanam in suam personam. Natura enim humana non assumit τὸν λόγον, sed ipsa à λόγῳ & in λόγον assumitur.

59. Quæ causa est, ut ὁ λόγος dicatur dare & donare divinam Majestatem carni assumptæ: non a. à carne aliquid accipere. *Assumentis enim est dare*, inquit Leo Papa, *non assumpti*. Cujus observationis usus postea in doctrina de Communicatione idioma- tum insignis elucebit.

60. Unio hypostatica ἔ λόγῳ & assumptio naturæ humanæ facta est in ipso *primo momento conceptionis*, per inumbrationem Spiritus Sancti in utero Mariæ virginis, Anno mundi secundum Bucholzerum 3970. 25. Martii. Natus autem est Christus ejusdem Anni 25. die Decembris.

61. Ex unione personali resultant *predicationes personales*, ut Filius Dei dicatur homo, & Filius Mariæ dicatur Deus.

62. Quæ neque sunt usitatæ sive regulares, quia non quadrant ad vllum modum prædicationis Logicæ. Neque sunt tropicæ sive figuratæ: quia neque per Metonymiam, neque Ironiam, neque Metaphoram, neque Synecdochen possunt explicari.

63. Sed sunt *personales*, hoc est, respondent unioni personali, & ex ea, & secundum eam sunt intelligendæ, interpretandæ, & resolvendæ.

64. Ubi tenenda hæc regula: *Propter unionem duarum naturarum in Christo hypostaticam concretum unius nature rectè prædicatur de concreto alterius nature*. Ut: Filius Dei est homo, Filius Mariæ est Deus. Vide Matth. 16. v. 13. 16. Luc. 1. v. 35. Matth. 1. v. 11. 23. Joh. 1. v. 14. Hier. 23. v. 5. 6. 1. Cor. 15. v. 47.

65. Non autem una natura prædicatur de altera natura absolutè. Non enim dico: Deitas est humanitas: Humanitas est Deitas. Ratio est: quia unio non est facta ad unam naturam, (sic enim altera foret abolita, vel foret confusio, sive mixtio, quod absit) sed ad unam personam.

66. Hinc

66. Hinc colligitur, non esse veros & pios analyticos, qui hanc propositionem, *Filius Mariæ est Filius Dei*, ita resolvunt: Hæc persona, quæ verè est homo, est etiam verus Deus. Nam 1. prior est simplex, posterior composita, nempe copulata, 2. Illa describit ipsam unionem duarum naturarum; hæc tantùm describit Christum ab altera natura. 3. Illam Nestorius non admittit; hanc approbat, ut verissimam. Fatetur enim, Christum esse Deum & hominem, quod agnoscit Beza in 1. parte respons. ad colloqu. Mompelg. p. 94. & 131. edit. Genev. Anno 87.

67. Neque illi satisfaciunt Christianorum analyticorum officio, qui sic explicant: *Filius Mariæ est Filius Dei*, scilicet secundum Deitatem. Et vicissim: *Filius Dei est homo*, nempe secundum humanitatem. Nam *esse Deum secundum Deitatem, & esse hominem secundum humanitatem*, dicitur *naturaliter* sive *essentialiter*, nempe formaliter. Illa autem propositio est *personalis*, & proinde ex unione personali, & secundum illam est resolvenda, hoc modo: *Filius Mariæ est Filius Dei personaliter, seu unione personali*, quia hæc humanitas est assumpta à Filio Dei in personæ suæ unitatem: vel quia humanitas non subsistit in se, sed λόγος habet pro hypostasi, & divinam naturam habet sibi personaliter unitam, ideo hic homo est Deus. Idem de similibus iudicium.

68. Scholasticorum Doctorum analysis illa simpliciter repudiari debet, qui Filium hominis esse Deum, perinde esse dicunt, ac si dicas, *Filium Dei, qui sustentat naturam humanam, esse Deum*.

69. Quem errorem sic refello brevissimè: Filius Mariæ est Deus *personaliter*, sive per & propter unionem personalem. Vide Luc. i. v. 35. Hebr. i. v. 5. Cyrillum lib. 2. in Johannem c. 49. Unus ex utrisq; (naturis) Christus filiatione indivisibilis & Majestate divina. Athanasium de natura humana suscepta. Bernardum homil. i. de laudibus virgin. Hinc ipse Calvinus libr. 2. Instit. c. 14. dist. 4. disertè fatetur, *Christum esse Dei Filium, etiam secundum*

cundum humanitatem. Unde & Maria vocatur θεοτόκος. Luc. 1. v. 3. Galat. 4. v. 4. de quo sic Damascenus lib. 3. c. 12. Maria dicitur θεοτόκος, Deipara, non solùm propter naturam Verbi, sed etiam propter deificationem, θέωσιν, humanæ carnis, quorum simul conceptio & existētia miro perfecta sunt modo, &c. Filius Dei autem sustentans naturam humanam est Deus *naturaliter*, per æternam ab æterno patre generationem. Quare ἀδύνατον est in hac propositione: Filius hominis est Deus: vocabulum hominis accipi pro Filio Dei, secundum Deitatem; ut maximè addatur appendix de sustentatione humanæ naturæ.

70. Quid? *Filius hominis est Filius Dei*: quomodo resolves? Num ita? *Filius Dei* sustentās naturam humanam, *est Filius Dei*. Apage Nestorianas ineptias. De diversis Scholasticorum nugis circa has propositiones vide Dn. Chemnitium de duabus naturis in Christo c. 5. p. 70. Edit. Lips. Anno 80.

71. Qui scribunt, humanitatem *accessisse* ad τὸν λόγον, ideò videri instar adiuncti, illi tuentur Nestorianam ὡραίσαν, ex qua sequitur, Filium Dei *humanum* dici posse, non *hominem*. Nam quando homo dicitur ab humanitate, tum humanitas est hominis forma, non ejus adiunctum, ut constat inter Logicos.

72. Qui disputant, esse *prædicationem diversorum* in hac propositione: *Deus est homo*: illi aversi sunt à veritate Logica & Theologica. Nullum enim diversum affirmatè prædicatur de diverso. Sunt enim dissentanea, quæ non componuntur affirmando, sed negando dividuntur. Deinde: Estne Filius Dei diversus à filio hominis? Et quomodo Christus est unus idemque, Deus & homo? Quomodo constabit personæ ταυτότης? Tibine in Christo est ἄλλο καὶ ἄλλο, alter & alter? & negas τε νεσοειανίζειν?

73. Stat itaq; sententia: *Hic homo est Deus: Filius Dei est homo*: esse propositiones *personales* ex unione hypostatica deductas, quæ sicut est singulariter mirabilis, & mirabiliter singularis, (ut post Justinum appellat Augustin.) ita omnino propositiones illæ inusitatæ & mirabiliter singulares appellari debent.

De

De Communicatione Idiomatum.

74. Ex unione duarum in Christo naturarum personali oritur *Communicatio Idiomatum*, quæ ipsi unioni respondet: hoc est, est *personalis*, quæ fit in ipsa Christi persona, in qua naturæ duæ sunt unitæ.

75. Quare tota doctrina de *κοινωνία ἰδιωμάτων* judicanda & explicanda est secundum ipsam unionem, ne vel Eutychiana proprietatum utriusque naturæ confusio, vel Nestoriana earundem divulsio & separatio introducatur.

76. *Differre Communicationem Idiomatum ab ipsa unione sic ostendo.* 1. *Communio & ὁμοῦσις* duarum in Christo naturarum hypostatica, est personalis unionis forma sive differentia specifica, ut ostendit thes. 37. *Communicatio Idiomatum* non est forma unionis personalis, ut volunt contra alios cum Jesuitis Calvinistæ. Ergò *Communicatio Idiomatum* non est absolute *communio & ὁμοῦσις* naturarum, vel ipsa unio.

2. *Argumentum & quæstio* non sunt idem, sed distincta. Ex *Communicat. Idiomat.* arguitur unio hypostatica, & vicissim, ut patet ex infinitis piæ Antiquitatis testimoniis, quæ ex adversariis quidam apertè fatentur. E. *Communic. Idiom.* nō est ipsa unio.

3. Unio est reciproca *ἡ λέξις ad carnem, & carnis ad λόγον.* Quædam *communicatio idiomatum* non est reciproca, ut clarissimè demonstrant pii veteres, Athanasius ad Adelphi-um p. 352. & ad Epictetum p. 459. Cyrill. in Joh. lib. 4. c. 23. Augustin. contra Feliciū Arianum c. 10. Leo epist. 6. & epist. 5. ad Flavian. c. 2. Damas. lib. 3. c. 15. Basil. homil. in sanct. Christi natiuitat. p. 24. edit. Basil. Anno 40. ut nos suo loco ostendemus. E. quædam saltem *Communicatio Idiomatum* non est ipsa unio personalis.

77. Quod obijcitur ex Patribus, qui vel *conjungunt*, vel *pro uno & eodem ponunt*, vel etiā *promiscuè dicunt communionem & unionem*, sciendum est, loqui eos de cōmunionem sive cōmunicationem naturarū personali, & mutua *ὁμοῦσις*, quæ est, ut dixi, unionis perso-

personalis forma. Quod notandum contra Samofatenianos vociferantes, τὰς δὲ δύο φύσεις πρὸς ἑαυτὰς παντάπασι ἀκοινωνήτους εἶναι, duas illas Christi naturas inter se planè esse incommunicabiles. Quæ est manifestissima negatio unionis hypostaticæ.

78. *Appellatio communicationis idiomatum* introducta est à Scholasticis: cujus vestigia satis manifesta possunt in patribus ostendi. Ubi nota, Calvinistarum argumentum palmarium, (*Nihil quod est proprium, inquit, potest communicari. Item: Proprium servari, & communicari: item proprium & commune, dicuntur ἀντιφατικῶς, &c.*) evertere uno ictu, & appellationem illam, & definitionem, quæ inscitia dedecet eruditos homines. Ut autem omittam, quæ ex Aristotele & aliis Philosophis illis audacissimis pronunciatis solidè opponi possunt, (quæ rejicimus in ipsum actum disputationis) & quæ ex eruditis patribus de hoc toto argumento utiliter queunt disputari, unum adjiciam dictum Vigilii lib. 5. contra Eutychem. *Impium est homini, inquit, ea, quæ sunt propria carnis, per exceptionem proprietatis alienare à Verbo, & quæ sunt propria Verbi, eadem exceptionis lege alienare: cùm sit eis utrumque in Christo commune, & Christus sit utrumque.* Vide etiam lib. 2. & D. Athanasium de incarnatione Verbi p. 50. Orat. 2. contra Arian. p. 167. 168. 169. 170. 172. Orat. 4. p. 290. 291. 292. in Epist. de sententia Dionysii p. 443. Cyrillum de recta fide ad Theodosium p. 102. 103. edit. Basil. Anno 28. de incarnatione unigeniti c. 7. Concilium Chalcedonense. Augustinum contra Felicianum c. 10. Damasc. lib. 3. c. 15.

» 79. Generatim nos eam ita describemus: *Communicatio idiomatum est ex unione hypostatica orta (realis & personalis) participatio priorum divina & humana natura, in Christo θεῶν δὲ ὁμοῦ facta, ab alterutra vel utraque natura simul denominato.*

80. Fit igitur *in ipsa persona Christi*, atque sic in concreto, propter unionem hypostaticam: non separatim sive seorsum in natura hac vel illa, vel extra unionem, vel etiam sub communi ratione consideratis.

81. Unde fit, ut à quacunq; natura Christus appelletur, sive
Deus,

Deus sive homo, intelligatur unus ille Christus, & tota illa persona, quæ subsistit in duabus naturis, & quæ constat simul divina & humana natura. Non interest, inquit Leo Papa Epist. 41. ad Palæstinos, ex qua Christus substantia nominetur, cum inseparabiliter, manente unitate personæ, idem sit & totus hominis Filius propter carnem, & totus Dei Filius propter unam cum Patre Deitatem.

82. *Distincta esse Communicationis illius Idiomatum genera*, probatur ex divinæ Scripturæ dictis, quibus rectè & solidè explicandis tota hæc doctrina intervire & accommodari debet. In qua quicumque subtilitates Philosophicas intempestivè sectantur, illi ferrum ignitum non forcipe, sed digitis contrestant, (ut loquar cum Chrystostomo) & maior in illis deprehenditur futilitas, quàm ab eis utilitas expectari potest.

83. Porro in universa Scriptura sacra quicquid per communicationem Idiomatum de Christo, hoc est, Filio Dei & Mariæ dicitur, ad harum classium aliquam referri rectissimè potest. 1. *Aut de eo predicantur naturales proprietates, & operationes singularum naturarum.* 2. *Aut divina gloria & Maiestas, quæ in tempore Christo homini donata est.* 3. *Aut ἀποτελέσματα sive effecta utriusque nature cum communicatione agentis in officio Mediatoris.*

84. Unde consequitur, *tria esse constituenda communicationis genera, non plura, non pauciora.* Eaque singula possunt etiam monstrari in pia & orthodoxa Antiquitate.

85. *Primum genus vocatur κοινωνία ἰδιωμάτων κατ' ἕξοχὴν, quando propria naturarum communicantur toti personæ in concreto, ubi interdum per particulas distinctivas suis naturis vindicantur.* Sive igitur humana de Filio Dei, sive divina de filio hominis prædicantur, (quæ vocatur ἀντίθεσις, mutua alternatio, sive alternata attributio, & ἀλλόιωσις, at non Cingliana illa, quam Diaboli larvam verissimè vocavit D. Lutherus in maiori de Cæna Domini confessione) sive divina de Filio Dei incarnato, sive humana de Filio hominis Θεανθρώπου, sive & illa & ista de Christo enunciantur, & naturæ divinæ vindicatur quod divinum est, & humanæ

D

quod

quod humanum est, ad hoc primum genus referri debet.

86. Cujus rei ratio antè dicta est, quia persona Christi intelligitur in concreto, ut loquitur Philippus Melanchthon, h. e. nomine Filii Dei non Deus tantùm, & nomine Filii hominis non nudus & merus homo intelligitur, sed *διάνθρωπος*.

87. Huc pertinent particulae distinctivæ, quibus propria suæ quæque naturæ attribuuntur. Ut Christus passus est *carne*, 1. Pe. 3. v. 18. c. 4. v. 1, vel *in carne*, Eph. 2. v. 14. *in corpore carnis suæ*. Colos. 1. v. 22. *Filius Dei natus est ex semine David secundum carnem*. Rom. 1. v. 3. c. 9. v. 5. Cujusmodi particulae apud veteres Doctores plurimæ occurrunt: quatenus, quâ, ut, in quantum, propter, respectu, ratione, secundum, humanitus, divinitus, &c. Exempla passim sunt obvia.

88. Ex dictis patet, in hoc primo communicationis generi: 1. loco antecedentis sive subjecti poni nomen *personæ in concreto*, non autem nomen naturæ. 2. Prædicationem esse *reciprocantem*, ut de Deo humana, & de homine divina enuncientur propter *personæ πωτότητα*. 3. Propria naturarum personæ communicari, ut tamen suæ quæque naturæ vindicentur.

89. Quare hinc refutatur tùm *Nestorius*, tùm *Eutyches*. Contra *Nestorium* enim vindicatur personæ unitas, de qua & divina prædicantur & humana. Contra *Eutychen* asseritur naturarum & proprietatum verum discrimen, quia de Christo prædicantur divina, propter naturam divinam, & humana, propter naturam humanam, hoc est, *κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο*, ut loquuntur ex veteribus Scholastici. Dominus gloriæ crucifixus est *κατ' ἄλλο*, hoc est, secundum naturam humanam. Deitas enim non potest crucifigi. Sed tamen *ipse Deus* verè crucifixus, passus & mortuus est, nempe *Deus incarnatus*, in sua propria carne, *quæ tam est ipsi propria personaliter, id est, per unionem personalem, quàm sua divinitas ἐσιωδῶς, essentialiter*.

90. Admodum infelices sunt analytici, qui ad fucandam Cinglianam *ἀλλοίωσιν* Synecdochicas vocant istas propositiones: *Filius Dei est passus, id est, humana natura Filii Dei est passa*. Nomina-

mina-

minatur tota persona, inquit, & intelligitur pars. Quare est Synecdoche totius pro parte. *Ἀλόγως καὶ ἀθεολόγως.*

91. Quos solidioris literaturæ Candidati meritò rident, qui norunt actiones & passiones esse suppositi sive personæ. Propriè igitur dicitur *persona* pati, crucifigi, mori. Homo est, qui intelligit, inquit ex Aristotele Scaliger exer. 307. l. 36. non anima. Intelligit autem per animam. Somnium igitur illius Synecdoches est *τῆς ἀπαιδύτων.*

92. Quid? Humana natura patiens subsistitne in *λόγῳ*, an extra illum? Posterius apertè Nestorianum est. Si prius, à passione persona excludi non potest. Et quí potest sola natura humana, quæ finita est, pati pro mundi vita? Et quomodo passio illa vocari quit ipsius *Dei* passio, si est *humanitatis tantum*? Vide Dn. Lutherum in maiore Confessione de allœosi Cingliana, & libro de Conciliis & Ecclesia.


93. Noto hic Th. Bezæ inconstantiam, qui cum part. I. Respons. ad Colloq. Mompelg. p. 183. edit. Genev. Anno 87. hanc propositionem: *Deus est passus*, ita interpretaretur: *Deus, id est, Caro Deitati unita est passus*. Et: *Homo est omnipotens, id est, Deitas humanitati unita est omnipotens*: non dubitavit tamen in eod. illo libro p. 121. cum talis illi analysis fuisset obiecta, apertè negare, illam esse suam. Provoco, inquit, ad meæ *ἀντιθέσεως* contextum, ubi nullam talem subdolam interpretationem invenies. Et tamen ibi profecto tota habetur illis ipsis verbis, ut *ἀντιθέσις* ostendit.

94. Denique monendum etiam illud est, qui has propositiones, *Filius hominis* edit, bibit, abit, redit, fatigatur, lachrymatur, patitur, moritur, &c. negant pertinere ad hoc primum genus Communicationis Idiomatum, quia nimirum prædicata sunt eiusdem naturæ, à qua subiectum denominatur, eos graviter errare. Nam I. non dicuntur illa de mero sive communi homine, sed de *θεῶν δρώπων*, hoc est, de persona in concreto à natura humana denominata. II. Non minus omnia illa verissimè & rectissimè dicuntur de Filio Dei, nempe incarnato, quàm de Filio

Filio hominis, sicut *Deus suo* sanguine dicitur redemisse Ecclesiam, Act. 20. v. 28, *Dux vite esse interfectus* scribitur Act. 3. v. 15. & *Dominus gloria crucifixus*, 1. Cor. 2. 8. ipsum *Verbum vite* ab Apostolis *visum & contractatum*, 1. Joh. 1. v. 1. 2. III. Quia ipsa unio hypostatica, quæ est fundamentum & causa Communicationis illius, requirit talem explicationem subiecti sive antecedentis termini, ut persona composita intelligatur. Alioqui magna ianua aperiretur Nestoriano errori, quod *non Deum, sed hominem* Judæi crucifixerint. Ut igitur certissimè error ille deprehendatur, ita propono: *Filius hominis mortuus est pro mundi vita*. Quæ prædicatio pertinet ad officii Christi descriptionem, de quo postea. Mori autem pro mundi vita non est solius humanæ naturæ proprietas, sed requiritur etiam divina & infinita virtus. Unde Cyrillus frequenter ait: *non communis hominis corpus & sanguinem, sed ipsius Filii Dei esse traditum & fustum*. Atque hætenus de primo Communicationis genere. De reliquis differemus, ξὺν Θεῷ, συζήσεις proxima.

Μόνω τῷ Χριστῷ δόξα εἰς αἰῶνας αἰῶνων.





HL 3343^a




ULB Halle 3
001 522 795

A standard 1D barcode is located on the library label, positioned below the identification number.

VD 17







8
9
eologica prior:
CHRISTO
NICO HUMANI
DEMPTORE.

ante gratia,
Thesibus,
RESIDIO

S MENTZERI,
PROFESSORIS OR-
asio Giesseno, publicè
reddet

IMPFIUS ALSFEL-
HASSUS.
urix, VI. die Decemb.
meridianis.

satis est, si cetera nescis:
nihil est, si cetera discis.



PROFESSORUM
m, Gymnasii Typographum.
M. DC. V.

293355

